

- . . . . . s C. f. Pol. Dioscorus cas.  
 [γ] . . . . . oni Luciani  
 . . . . . L. f. Pol. Ischyryon cas.  
 (post alia)  
 coh. V  
 γ Celeriana  
 M. Gabinius M. fil. Ammonianus castr.  
 γ Fl. Philippiani  
 T. Aurelius T. fil. Pol. Chaeremonianus cas.  
 C. Valerius C. fil. Col. Apollinaris Hierapol.  
 γ Severiana  
 M. Aurelius Pol. Isidorus Alexandr.  
 C. Pompeius C. f. Pol. Serenus kastris  
 γ Servili Pudentis  
 P. Aurelius Pol. Proclion Alexandr.  
 C. Iulius C. f. Pol. Gemellinus castris  
 P. Aelius P. f. Col. Hermias castris  
 T. Aurelius T. f. Pol. Sarapammon castr.  
 T. Flavius T. f. Pol. Apollinaris castr.  
 M. Furfanius M. f. Col. Longus Paraeton.<sup>6</sup>  
 γ Mariniana  
 M. Aurelius M. f. Pol. Herodes castris

*Prope Alexandream Aegypti rep. a. 1802 in rudribus tunc dictis Kasr Kiasera (i. e. castra Caesaris), expeditione Anglorum, nunc in Britannia (III S. 6580 descr. Haverfield). — Titulum posuerunt a. 194 milites legionis secundae Traianae, Alexandriae castra habentis, post viginti quinque stipendia exauctorati. Apparet imperante Severo milites non alternis, sed suis quibusque annis dimissos esse. Idem testatur similis titulus positus Lambaesi anno ut videtur 199 a militibus legionis tertiae Augustae, qui militare coeperunt anno 173 (VIII S. 18068 = Cagnat mélanges d'archéologie et d'histoire 10, 1891 p. 514). Idem iam anno 191 factum esse testatur titulus Apulensis positus a veteranis legionis decimae tertiae Geminae qui militare coeperant anno 166 (III 1172). — 1) A. 194. — 2) Legionis secundae Traianae fortis. — 3) A. 168. — 4) Tubicen. — 5) Castris. Eas qui ex castris oriundi erant, tribui Polliae adscriptos esse, etiam alii tituli docent (cf. Mo. Eph. ep. 4 p. 153, 5 p. 15). — 6) Thebae, Tanis, Paraetonium oppida Aegypti. Nota bonam partem horum militum oriundam fuisse ex castris, paene omnes ex Aegypto, paucos ex Syria Bithyniave (cf. Mo. Herm. 19 p. 6. 10). — 7) Signifer. — 8) Beneficiarius praefecti castrorum.*

**2305** L. Flaminius D. f. Arn. | mil. leg. III Aug. | γ Iuli Longi, dilecto | lectus ab M. Silano<sup>1</sup>, mil. | annis XIX, in praesidio | ut esset in salto Philomu|siano, ab hostem (sic) in pugna | occissus (sic), vixit pie | annis XL, | h. s. e.

*Simithu (Schemtu) provinciae Africae rep. (VIII S. 14603 Cagnat vidit ectypum). — 1) M. Iunius Silanus Africam pro consule rexit a. p. C. 55—58 ulti-*